

cesio Hippurea, Hispanis Lampugo, Gazae Equilis vocatur. Glauco colore internisque partibus similis est, et facile inter caeteros pisces ex *pinnā*, quae a capite incipiens in prona parte ipsi unica est, et caudae equinae simillima, villis multis constat, cuiusmodi in nullis aliis piscibus reperiatur. Venter in medio corpore situs est.

Aristot.  
H.A. l.9.  
c. 10.

*Degit* in pelago, mari Mediteraneo ignotus. Carystius ab Archestrato maxime celebratur, quod mirum, cum caeteri ibi pisces viles sint. Delectatur carnibus, et nassis inclusus tantopere crescit, ut inde incrementum cepisse videatur. Vere *parit*; hyeme latet; in natatu celer est, et nunquam nisi certis diebus capitur.

*REVERVS Indicus duplex est,* T A B. III. 1.

*Clusius Exot.*  
l. 6. c. 18.

*Anguilliformis alter, de quo inferius dicemus: alter, de quo hic, squammifus. Nomen inde, quod retractus venetur, accepit. Magnitudine est palmi. Squammis contegitur rugosis, spinis in dorso, et ab umbilico ad caudam maxime acutissimis. Docilis est, et facile cicuratur. Magnam Indis in vendis piscibus praefstat operam. Tenui sed valido funiculo alligatus ad mare defertur, blandis animatus verbis in pescem conspectum, etiam magnum, emititur, ejusdemque lateri seu ventri sese affigit; sic extrahitur. Praeda blande avellitur, ne, quia valide adhaeret, disceptra intereat.*

*Niremberg.*  
*Nat. Exot.*  
l. II. c. 18.

*REVERSVM Indicum anguilliformem v. Tab. II.*

## CAPVT II.

### De Pelagiis Laevibus.

#### ARTICVLVS I.

##### De Thunno.

**T**hunnus, seu a Graecorum Θύννος, quod est magno impetu moveri, seu ab Ebraeorum θαννία, quo Cetaceum pescem intelligunt, sic dictus, multa apud Authores pro diversitate aetatum fortitudo nomina. Thynnus seu Thynna simpliciter sive mas est sive foemina, Pelamyde major, Thunno proprie dicto minor. <sup>b</sup> *Cordyla* appellatur partus, qui foetas redeuntes in mare autumno comitatur, Byzantii αὐγίδας, διὰ τὸ ἐλύγας ἡμέρας αὐξάνεσθαι ut testatur <sup>c</sup> Aristoteles, seu quod paucis diebus augescant (Gaza Auxum vocat) dicunt. Redux in Pontum ex magno mari *Cordyla*, *Pelamydis* nomen, seu παρὰ τὸ εὖ τῷ πνῷ ὁ μὲν, i.e. quod in limose abdat, seu διὰ τὸ πέλεν αἷα, quod gregatim degat, ut <sup>d</sup> Plutarcho placet, (*Limosam*, *Limariam*, et *Lutariam* ali vocant) fortitudo. Pelamydes cum annum excessere tempus, *Thunni* vocantur; hisce paulo maiores *Tritones*. <sup>e</sup> *Orcynus*, *Apoleutes*, *Sarda*, *Synodontis*, *Cybia* seu *Cybios*, *Cete*, *Melandrys*, *Triton*, *Chelidonas*, *Xanthias*, propriis suarum appellationum rationibus non parent; sed et variis eorum sale asservatis partibus singularia nomina indita, apud Authores invenies.

<sup>a</sup> Aldrov.  
l. 3. c. 18.  
T A B. III. 2.  
b. 4.

<sup>b</sup> Plinius  
H.N. l. 9.  
c. 15.

<sup>c</sup> Aristotel.  
H.A. l. 6.  
c. 16.

<sup>d</sup> Plutarch.  
de solent.  
Animal.

<sup>e</sup> Aldrov.  
l. 3. c. 11.

<sup>f</sup> Rondelet.

deletius suum *Orcynum*, ut et eum, <sup>in Hist. Pisc.</sup> quem *Pelamydis* verae seu *Thunni* Aristotelis nomine exhibet, squammis magnis ita ad amussim compactis, ut iis carere videatur, tegi, coctione easdem dehiscere, tuncque perspicue apparere tenui membrana contectas, scribit. *Pelamydem* vero *Sardam* cutte levi esse, et sine squammis, ea parte, quae a pinnis ad branchias sitis, incipit excepta, adjicit. Sed nec vel de sexuum notis; vel de *Pelamydum*, et *Thunnorum* differentiis inter Authores convenire videtur. <sup>f</sup> *Aristoteli* <sup>g</sup> *Aristot.*  
Plinio et <sup>h</sup> *Athenaeo* mas a foemina <sup>i</sup> *Aristot.*  
eo distinguitur, quod haec sub ventre <sup>c. 9.</sup>  
pinnulam habeat <sup>g</sup> *Plin. H.N.*  
mas caret. Rondeletius in utroque <sup>i. 9. c. 15.</sup>  
semper pinnam sub ventre deprehendi ait, indivisam in mare, divisam in foemina, ut podicis foramen dilatari, foetusque commodius in lucem edi possit. Ligures et Massilienses pescatores nunquam ex *Pelamydibus* <sup>h</sup> *Athen.*  
*Thunnos* fieri aperte ostendisse, author est <sup>i</sup> Scaliger: a *Pelamyde* hoc <sup>i</sup> *Scaliger. in*  
unum distare *Thunnum*, quod hic sit <sup>j</sup> *Exercitat.*  
lividus lateribus, illa undantibus maeulis transversis atque obliquis eidem destinato gerat, afferet <sup>k</sup> *Bellonius*. <sup>k</sup> *Bellonius*  
*Captus An. MDCLXV. circa Gaditanum fretum, pedem XXXII. longitu-* <sup>cit. Aldrov.</sup>  
*dine,*